231

~~114~~

Vir Nobiliss. Ampliss.

Fautor Aestumatissime,

Commodè satis literæ tuæ paulò ante abitum Dn. Schwarzii ad me delatæ sunt, ita ut pro viribus desiderio tuo satisfacere queam. Tantò difficilior erat loci desiderati in Codice nostro Mscr. Froissardi inquisitio, cum librorum capitumque divisio ab impressis discrepet, illudque caput, quod locum citatum continet, in codice nostro CCXCVIII. sit. Verba verò nostri Codicis, cum antecedentibus quibusdam (quæ sensus plenioris ergo addidi) ita accuratè descripta sese habent: Toutes ces paroles avoit oyes le Conte de Flandre, qui estoit couchie et quatis en ce poure literon. Si povez ymaginer que il fut a celle fois

231v

en grant effroy et dangier de sa vie; que pouoit il la penser imaginer ne dire, quant au matin il se pouoit biē vanter, quil estoit lun des plus puissās princes de toute la Chrestiente, et la nuit ensievuāt il se trouuoit ē celle petitece.

Hæc sunt, quæ desideriis tuis forsan satisfacient, in quib9 ne unicā quidem literā ab erratum ā scripturā nostri Codicis puto. Si quā porro in re inservire tibi potero, me semper ad quælibet officia promptum paratumq; fore credas. Vale, Vir Nobiliss. et favere perge

Ampliss. Nominis tui

Cultori sincero

Wratisl. d. 23 Apr. Ao 1704.

Kranzio.

M. Kraanzius. 23. Avril. 4.

A Monsieur

Monsieur des Vignoles,

Ministre, et Membre de

l'Academie Royale des

Sciences,

á Berlin.

232 I